



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium  
Tridentinum antè Tridentinum**

**Angelus <Silesius>**

**Nissæ, 1675**

Articuli Tertij, Punctum Secundum. Demonstratio Extremæ unctionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42264**



*Artic: III. Punctum I.*

unguenti chrismate inuncti, sub  
eâ visibili unguenti specie, invi-  
sibilem sanctissimi Spiritus gra-  
tiam suscipiunt.

*Articuli Tertij,*

*Punctum Secundum.*

Demonstratio Extremæ  
unctionis.

*S* *Anct9 Ephraem d. vit: spirit: ad*  
*Monach: novit: c. 75.* Si chari-  
tatis officio perfungens, oleo æ-  
grotantem iungis, fac oculos,  
manus, lingvamq; custodias, ne  
in ullo temperatiæ ac modestiæ  
fines transgrediaris.

*S. Chysostronus l. 3. de Sacerd.*  
Sacerdotes non solum cum nos  
regenerant, sed postea etiam ha-  
bent potestatem condonandi pec-  
cata



*Concilij Trid. antè Trident:*

cata. Infirmatur quis, inquit I  
Apostolus, ex nobis? accersat  
Presbyteros Ecclesiæ, & orēt su- fu  
per eum, ungentes eum oleo in &  
nomine Domini, & oratio fidei &  
salvabit infirmum. in

*Cyrillus Alexandrinus d. ado-*  
*rat: in spirit: l. 6.* Tu verò, si qua E  
tibi pars corporis dolet, & verò la  
credis hæc verba, *Dominus Saba- fic*  
*oth*, & alias hujus modi appella- ca  
tiones, quas DEO, qui secundum &  
naturam est, Divina Scriptura ac  
tribuit, vim habere putas pellen- Sa  
di malum illud, pro te ipso pre- cat  
ces fundens, hæc verba pronun- cin  
tia: sic enim rectius quàm illi Di  
facies, neque impuris spiritibus, inj  
sed DEO gloriam tribues. Com- ren  
memorabo etenim divinitus in- In  
spiratam Scripturam, quæ ait: Ap

Infi



*Artic III. Punctum II.*

uit Infirmatur quis in vobis? indu-  
fat eac Presbyteros Ecclesie & orent  
t su- super eum, ungentes eum oleo,  
o in & oratio fidei salvabit infirmum  
idei & allevabit eum Dominus, & si  
in peccato sit, remittentur ei.

do. *Origenes Homil. 2. in Levitic.*  
qua Est adhuc septima, licet dura &  
vere laboriosa, per poenitentiam remis-  
ba- sio peccatorum, cum lavat pec-  
ella- cator in lacrymis stratum suum,  
um & fiunt ei lacrymae suae panes die  
ra ac nocte, & cum non erubescit  
len- Sacerdoti Domini indicare pec-  
pre- catum suum, & quaerere medi-  
un- cinam, secundum eum qui ait:  
illi Dixi pronuntiabo adversum me  
ous, injustitiam meam Domino, & tu  
om- remisisti impietatem cordis mei.  
in- In quo impletur & illud, quod  
io- Apostolus dicit: Si quis autem

D

infirm-



*Concilij Trid: antè Tridēt.*

infirmatur vocet Presbyteros &c.

*Theophilactus in c. 6. Evang:*

*sec: Marc.* Quod unxerint oleo

Apostoli, solus Marcus narrat,

quod & Frater Domini Jacobus

in Catholicâ Epistolâ dicit: In-

firmatur quis inter vos? advocet

Presbyteros Ecclesiæ, & orent

super illum, ungentes eum oleo.

Est igitur oleum & ad labores u-

tile, & lucis fomentum, & hilari-

tatis effectivum, significatq; mi-

sericordiam DEI & gratiam Spi-

ritûs, per quam à labore libera-

mur, & lucem ac gaudium hila-

ritatemq; spiritalem accipimus.

*Victor Antiochenus ad cap: 6.*

*Marci.* Ungebant oleo multos

ægros. Quod de mystica uncti-

one & olei usu hîc subjungitur,

hoc inter Evangelistas solus Mar-

eu



*Artic: III. Punctum II.*

cus commemorat. Interim quæ  
Apostolus Jacobus in sua cano-  
nica narrat, ab his non dissenti-  
unt. Scribit enim: infirmatur  
quis in vobis? inducat Presby-  
teros Ecclesiæ, & orent super eū,  
ungentes eum oleo, &c. Oleum  
autem inter alia, & laborum mo-  
lestias mitigat, & lumen fovet &  
hilaritatē conciliat. Oleum igi-  
tur, quod in sacra unctione ad-  
hibetur, & Dei misericordiam &  
morbi sanationem, & cordis il-  
luminationem denotat. Dicit ta-  
men potest, orationē hæc omnia  
efficere, oleum autem eorum o-  
mnium quæ fiunt, externū tan-  
tūm symbolum esse.

*S. Ambrosius in Missali: Bene-  
dictio Olei ad unguendum tam  
infirmos quam Catechumenos:*

D 2

DEUS



*Concilij Trid: antè Trident.*

DEUS qui studio salutis humanæ  
creaturis tuis vim benedictionis  
indidisti, ut ad animarū nostra-  
rum sanctificatiōis utilitatē, cre-  
aturarum etiā corporalium mi-  
nisterio nostris salus temporibus  
tribueretur, infunde sanctificati-  
onem tuam huic oleo, ut ab his  
quæ unxerit membra, fugatis in-  
sidijs adversariæ potestatis, susce-  
ptione presentis Olei sancti Spi-  
ritūs gratiā, salutaris debilitatio-  
nem expellat, & plenam confe-  
rat sospitatem in nomine Domi-  
ni Nostri J E S U Christi.

*S Hieronymus ad cap. 14. Osee*  
Sanctum virum & convertum ad  
Dominū Olivæ fructiferæ com-  
parat, quæ dicit in alio loco  
Ego autem sicut oliva fructifera  
in Domo DEI. Cujus fructum  
lib



*Artic: III. Punctum II.*

fibi quinque sapientes Virgines paraverunt, ex quo vulnerū mitigatur tumor, langventis membra requiescunt, in tenebris lumen accenditur, unguuntur in agone certantes.

*S. Augustinus vel Autor Tract: de reſtit: Cathol: Conversationis:*  
Quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, qui agrotat, in ſola DEI miſericordia cōfidat, & Euchariftiam cum fide & devotione accipiat, Oleumque benedictum fideliter ab Eccleſia petat; undè corpus ſuum ungetur & ſecundùm Apoſtolum, oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus; non ſolùm corporis, ſed & animæ ſalutem accipiet.

*Idem lib: 2. d. viſit: infirm: c. 4.*

D 3

Nec



*Concilij Trid. antè Trident.*

Nec prætermittendum est illud  
Apostoli Jacobi præceptum: In-  
firmatur quis in vobis, inducat  
Presbyteros Ecclesiæ, ut orent su-  
per eum, ungetes eum Oleo san-  
cto. in nomine J E S U, & oratio  
fidei salvabit infirmum. Ergo sic  
roges de te, & pro te fieri, sicut  
dixit Apostolus Jacobus, immò  
per Apostolum Dominus: ipsa  
videlicet Olei sacrati delibutio,  
intelligitur Spiritûs sancti typi-  
calis unctio.

*Innocentius I. Ep. ad Decenn:*  
*cap: 8.* Adjecit etiã filius meus  
Cælestinus Diaconus in Epistolâ  
suâ, esse à tuâ dilectione positum  
illud, quod in beati Apostoli Ja-  
cobi Epistolâ conscriptum est:  
Si infirmitas aliqua in vobis est,  
vocet Presbyteros, & orent super  
eum.



*Artic: III. Punctum II:*

cum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit laborantem & suscitabit illum Dominus, & si peccata fecit, remittet ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, quod sancto oleo Chrysmatis perungi possunt, quo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere dubium non est. Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus alijs impediti ad omnes languidos ire non possunt. Et paulò post: Pœnitentibus istud



*Concilij Trid: antè Trident.*

infundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

*Beda in caput vi. Marci ad ea verba:* Dæmonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos ægros: Dicit Apostolus Jacobus, infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super ipsum, ungetes eum oleo, &c. Undè patet, ab ipsis Apostolis hunc sanctum Ecclesiæ morem esse traditum, ut energumeni, vel alij quilibet ægroti ungantur oleo, pontificali benedictione consecrato.

*Bernardus vitâ sancti Malachie Episcopi.* Habitabat vir nobilis in vicinia Benchonésis monaste-



*Artic: III. Punctum II.*

nasterij, cujus uxor cum infirma-  
retur ad mortem, rogatus Mala-  
chias ut descenderet priusquam  
moreretur, infirmum uncturus  
Oleo: descendit & intravit ad  
eam. Quo viso exultat illa, spe  
animata salutis. Et cum pararet  
ungere eam, visum est omnibus  
differendum potius usq; manè.  
Erat enim vespera. Ac quievit  
Malachias, & datâ benedictione  
super agram, exiit cum his qui  
secum erant. At verò post mo-  
dicum subitò clamor factus est,  
planctus & strepitus multus per  
totam domum siquidè insonuit  
quod mortua esset. Accurrit Ma-  
lachias tumultu audito, & secuti  
sunt eum discipuli ejus. Et acce-  
dens ad lectum, ut certò compe-  
rit exspirasse, consternatus est a-



*Concilij Trid. antè Trident.*

nimo, tibi imputans, quod fraudata gratiâ Sacramenti obierit. Et elevatis in coelum manibus, obsecro Domine, inquit, insipienter egi, ego peccavi, qui distuli, non ista, quæ voluit. Hæc dicēs contestatus est in audientia omnium, nullam se recepturum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi quam tulerat, liceret restituere gratiâ. Et stans super eam, totâ nocte laborabat in gemitu suo, & pro oleo sancto, largo imbri lachrymarum perfundēs mortuam, vicem illi unctionis, quam poterat exhibebat. Ipse quidem sic. Ad suos autem, vigilate, inquit, & orate. Itaq; in Psalmis illi, ille in lachrymis, noctem dixerunt pervigilem. Et manè factò, exaudi



*Artic: II. Punctum II.*

audivit Dominus sanctum suum,  
aperuit oculos quæ fuerat mor-  
tua; & ut solent qui de gravi so-  
mno evigilant, fricans sibi mani-  
bus frontem & tempora, super-  
lectum se erigit, & agnito Mala-  
chiâ, inclinans devotè salutat eum.  
Sed & Malachias gratias agens  
benedixit Dominum, & unxit eam,  
nihilominus sciens in hoc Sacra-  
mento remitti peccata, & quod  
oratio fidei salvet infirmum.

*Concilium Florentinum doct:*  
*d. Sacrament.* Quintum Sacra-  
mentum est Extrema unctio, cu-  
jus materia est oleum olivæ per  
Episcopum benedictum. Hoc Sa-  
cramentum, nisi infirmo de cuius  
morte timetur, dari non debet,  
qui in his locis ungendus est: in  
oculis propter visum, in auribus  
pro



*Concilij Trid: antè Trident.*

propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi vigentē. Forma hujus Sacramenti est: per istam unctionem & suam pijsissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per visum, &c. De hoc Sacramento inquit beatus Apostolus, infirmatur quis in vobis &c.

*Articuli Tertij,  
Punctum Tertium.*

**Demonstratio Ordinis.**

**G**regorius Nazianzenus, *Oratione in laudē S. Athanasij, quae est Oratio 31.* Sic porrò educat9 & insti.